



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

VIII. De eo quod supra 3. cap. Fraternitatem: & quod summus pontifex dicit praeter solitum, ab eo debet exponi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
CHRISTI  
1179. tis cum omni integritate persolui, scituri pro certo, quod si præceptum nostrum contempseritis, nos venerabili fratri nostro Senonensi archiepiscopo dedimus in mandatis, ut rusticos quibus in decimatione præfati thesaurarii terras dederitis excolendas, ad soluendas inde decimas eidem thesaurario, appellatione cessante, districte compellat.

CAP. VII. *Idem ex priuilegio Alexandri papæ.*

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus vel sumptibus excolitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vellaicus a vobis decimas exigere præsumat. Hoc etiam idem ex priuilegiis aliis aliorum Romanorum pontificum.

CAP. VIII.

*Idem Couentrensi episcopo, & officialibus eius.*

Ad audientiam nostram noueritis peruenisse, quod quidam vestratum a dilectis filiis nostris abbatte & fratribus de \* Pipennella, qui sunt \* Cistrensis ordinis, de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur, illud priuilegii capitulum sedis apostolice prava interpretatione ac malitiose peruententes, quo eisdem fratribus indulgetur, ne de laboribus quos propriis manibus & sumptibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. Afferunt enim quod pro laboribus noualia intelligi debent. Verum quoniam fratres præscripti ordinis benignitate apostolica fouere debemus, & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra iustitiam quantumlibet molestandi, attentius prouidere: tuæ venerabilitati, &c. quatenus a præscriptis fratribus de laboribus suis quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochianis vestrīs exigi permittatis, vel quolibet modo extorque ri. Nam si tantum de noualibus intellexissemus, vbi ponimus, De laboribus, poneremus, De noualibus, sicut in priuilegiis quorumdam aliorum præsumimus.

CAP. IX. *Item Gregorius.*

Statuimus ut monasteria ex suis prædiis nullo modo decimas soluere cogantur. Quia si legitime dandæ sunt, or-